



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Institutio vite sacerdotalis d[omi]ni Joannis tritemij
abbatis spanhemensis ordinis diui patris benedicti
mogu[n]tinensis dioces[is] ...**

Trithemius, Johannes

[Mainz], [nach 22.X. 1494]

Qualis debeat esse sacerdos in conuersatione interna. Cap. vii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31315

34

quissime vrbis treuerorū gymnasium in quo copia docto-
rum est: ad quos in questionū ambiguitate poteris ha-
bere recursum. **N**eg̃ aurū tibi ebarius sit q̃s̃ scientia: quia
sapientie fructus eternus est: vsus vero diuitiarū breuis
et momentaneus. **N**emo sit qui salutare studiū phibeat:
non mater. nō frater. nō cognatus. nō soror: tu fac opus
euāgeliste: disce qđ doceas: ne pastor et ydolum existas.
Unus es et secundū nō habes: cui ergo diuicias thesau-
rizares: **U**ne temperate: nupcias. et cōiunia immoder-
ata ne visites: qz et mentē virtutibus exuūt: et bursam hū-
mis vacuā reddūt. **C**ōpara tibi de oblatis elemosynis di-
uine scripture codices: quarū assidua lectione doctus. po-
pulū cōmissum digne possis instruere: et temetipm p con-
templationē ad celestia eleuare. **A**ma scientiā scripturaz:
et corā deo et hoibus exaltabit te. **N**oli cōsentire volupta-
tibus carnis: impetū furoris reprime: et mortis ne vnq̃
obliuiscaris.

37.

2. timo 4.

33.

ff

Qualis debeat esse sacerdos in conuersatione interna. Cap. vii.

Quoniam vero non sufficit ministro christi hon-
nestam corā hoibus cōuersationē ducere: nisi
corā deo ab omī scelere mundus studeat a pa-
rere: exhortor te ut cor tuū in timore omīpo-
tentis dirigas: et nullas vnq̃ contra deū cogitacōnes ad-
mittas. **O**portet em̃ sacerdotē dei sanctū esse mente et cor-
pore: et mundū in cogitacōne. **D**icit dñs. **S**ancti
estote. quonā ego sanctus sum: dñs deus vester. qui sanc-
tifico vos. **E**t petrus archiapostolus dicit. **V**os genus
electum. regale sacerdotiū: gens sancta. populus acquisi-
tōnis: ut virtutes annuncietis eius. qui de tenebris vos
vocauit: in ammirabile lumen suum. **P**rimū in corde
tuo locus charitas obtineat: que plenitudo legis est: et
consummatio prophetarum. **O**mniū em̃ virtutū maxima
est charitas: que in dilectione dei et proximi consistit.

1. cor. 7.
1. ioh. 1.
1. ioh. 11.
1. pet. 2.

charitas
deus
proximi.

Opera deo
grata.

Deus autē ex toto corde ppter se diligendus est: et proxi-
 mus ppter deū. Nemo autē veraciter deū diligit: si in fin-
 de proximi odit. Christus em̄ deus et homo est. Totū
 ergo christū nō diligit: q̄ hominē odit. Nullū opus bonū
 deus accipit: nisi qđ flāma charitatis in ara cordis ac-
 cendit. Charitas em̄ virtutū omniū obtinet principatū.
 Hanc humilitas sequitur: que virtutū custos memora-
 tur. Vnius tanta est eminentia virtutis: ut om̄s alia cito
 pereat: nisi humilitatis fundamento robozetur. Dicit em̄
 sanctus papa gregorius. Qui sine humilitate virtutes cō-
 gregat: quasi pulverē in ventū portat. Unde em̄ ferre ali-
 quid cernitur: inde grauius cecatur. Maximū ergo san-
 cerdotis ornamentū charitas est: et preciosissimū in veste
 illius margaritū humilitas. Tu quoq; frater has gemin-
 as in te virtutes exprime: et fructuosus in ecclesia dei p̄di-
 cator eris. Quicqđ dixeris. facile psuadebis auditoribus:
 si charitatē et humilitatē habeas in corde: seduloq; de-
 monstres in ope. Locū nō habeat in corde tuo maledi-
 cta ambitio: que adeo mentē quā semel inuasit excecatur:
 ut dei salutisq; pprie oblivionē inducat. Esto christianus
 amator hominū: et hostis victoriū. Serua mādata dei:
 et ecclesiasticas sanctiones noli negligere. Honora om̄es
 homines ppter deū: et neminē vnq; duxeris cōtemnendū
 Quod tibi fieri nō vis: alteri ne feceris. Sol nō occidat
 sup iracundiā tuā. Diuitiū adulacones fugito: et peccato-
 res ne aliquando palpaueris. Abnega temetipm̄ desiden-
 rijs tuis: ut discipulus christi efficiaris. Castiga corpus
 tuū iuxta apostolū in seruitutē redigens: delicias sperne:
 castū ama ieiuniū. Pius esto in paupes: esurientē ciba-
 midum vesti: infirmum visita. captiuum libera: consolare
 tristem: sepeli mortuum. Mundū noli diligere: diuitias
 noli querere: post vanitatē noli currere. Nemo em̄ mili-
 tans deo. negocijs secularibus se implicat. Neminē feceris
 iniuriam: sed disce patienter ferre illatā: exemplo dñi
 tui. qui pendens in cruce. p̄ psequutoribus suis exorauit:
 ut non perirent. Pacem cū om̄ibus hominibus habeas:

2. Humilitas

Vniū virtutū
32

ambitio

3

adulatio
1. cor. 9.

Opera xpo
uolunt

2. timo 2.

iniuria ferre
tolerare.

pacem

vin 9 30

Non in finem

Yng non in finem

penitentia

matth 7
augustinus dia

2. Timoth. 2

simon

concordiam et vnanimitate duntaxat cum deuotis. **N**o sis
 superbus et arrogans: non somnolentus et piger: non vi-
 nolentus. et multum edax: non obloquutor. et temerarie
 queniens iudicans. Custodi actus tuus omni hora: et me-
 moria futuroz in cogitacione tua semp versetur. **D**icit em
 scriptura. **F**ili. memorare nouissima tua: et in eternu non
 peccabis. **S**emp itaqz morituru te cogita: diem iudicij ti-
 me: inferni tormenta expauesce. **S**i hec feceris: omnes
 temptationes carnis facile superabis. **S**perne volupta-
 tes mundi: ut ad supne felicitatis gaudia valeas introire
 gaudens. **N**oli decipere animam tuam: nemo potest hic gau-
 dere cum mudo: et postea regnare cum ebristo. **P**er multas
 etenim tribulaciones oportet nos intrare in regnum dei.
Spernis itaqz presentibus: omni desiderio ad eterna gau-
 dia festinemus. **O**mni custodia serua cor tuu: quoniam
 ex ipso vita procedit. **S**i aliquo delicto preoccupatus fue-
 ris. non tardes penitentiae remedia querere: et p vera con-
 tritione te in confessione expurgare. **C**ontende p angusta
 viam ad vitam ingredi: hoc est carnis desideria no pficere.
 mundu odire: spiritu viuere. **A**d militandu deo contra vi-
 cia carnis vocatus es: noli ante victoria quietescere: noli a
 pugna desistere: qz nemo coronabitur nisi victor. **I**n hac
 autem vita non est certa victoria: sed continua pugna. **Q**ui
 pseuerauerit vsqz in finem: saluus erit. **I**n fine suo copro-
 batur vir. **D**ilicia est vita hois sup terra. **M**iles enim
 summi regis es: non licet tibi agone illius deserere. **B**on-
 nus miles: regem suum quocunqz ierit sequitur. **U**bi ergo
 est rex tuus? **I**n celo. **C**ur illu non sequeris? **Q**uid facis
 in terra: si miles es regis superni celestis? **Q**uare domi-
 num tuu non sequeris? **I**pe em dicit. **Q**ui nubi ministrat.
 me sequatur: et vbi sum ego. illic et miister meus erit. **S**e-
 quatur inquit. non gressibus pedu: sed passibus affectio-
 num. **A**postolus quoqz dicit. **N**emo militans deo impli-
 cat se negocijs secularibus: ut ei placeat cui se probauit.
Sicut ergo q militat regi terreno. omibus iussis eius obe-
 diunt. et quocunqz mittuntur parati et prompti sunt. nulla se

Dulcis
raru
18.

Yng

37.
vxoꝝis vel liberoꝝũ gratia excusantes: ita militem christi
mandatis eius in om̃ibus oportet obedire: et in nullo pe
nitus se excusare. **T**u ergo qui coronã immarcescibilem vi
ctoꝝie expectas. labora sicut bonus miles iesu christi: nul
la terrene sollicitudinis cura te aggrauet: nulla carnee vo
luptatis mentẽ illecebra tangat. **N**ihil enim christi milite
felicius: cui promittũtur regna celozum: nihil laborosius
qui quotidie de vita periclitatur: nihil fortius qui vincit
diabolum: nihil imbecillus qui carne superatur. **N**on te
domus auocet: non parentela impediãt: nõ caro cõstrin
gat. **V**olo te sine sollicitudine esse: ut libere cogites que
dei sunt. **A**udus et expeditus ad celũ vola: quia nudum
te mater genuit: nudũ terra suscipiet. **N**ama qđ nõ p̃das:
contemne qđ tenere non p̃uales: quere quo in eternũ felix
eris gaudeas. **I**ta vive: ut mori non timeas. **B**ona cõ
scientia mortẽ nõ metuit: quia p̃ illam se ad eterna celestis
patrie gaudia venturã esse cognoscit. **D**abes nunc aman
tissime frater quod a me postulasti: babes aliquale bone
cõuersationis formulã cui imprimaris: babes sancte et
hortacõnis normã ad quam sedulo possis habere recur
sum. **F**eci quod potui: non quantũ volui. **D**e reliquo vive
secundũ euangeliũ et cõstitutiones sanctoꝝ patrum: in qui
bus omnis p̃fectionis christiane forma conspicitur.
Vale memor nostri. **E**x spanbem kalendis aprilis.
Anno. **D**.cccc.lxxvi.

corona

34.

Solth. in libro
1. cor. 7.

mors ad mortem

am

Explicit libellus dñi Joannis tritemij aba
batis spanbemensis: de vita sacerdotũ.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs, with some lines appearing to be part of a list or table of contents. The ink is very light and difficult to discern against the aged paper.